

ea, quæ apertè & *περὶ αὐτῶν* diuersas nomine & re particulas includunt: vt sunt, facies, manus, pes, lignum, cortex, frondes, radix: Galenus etiam venas & *De inæq. ins.* arterias refert, cum fibris intextæ, mem- *temp. ca. 6.*  
 branis inuestiantur: quas tamen, vt & Aristoteles, sensus fallacem persuasio-  
 nem secutus, alibi inter similaria annu- *z. de Elem.*  
 merârat. Quod si ergo similaria putan- *z. de*  
*morb. diff. 5*  
 da sunt ea, quæ iam diximus, quid de simplicium medicamentorum, atque adeò de metallorū naturâ cōposita glo-  
 riabimur amplius? Ea enim non minus simplicia sunt, quā quę Galen⁹ enumera-  
 rat. Ab Aristotele certè euidéter ad hūc *4. Met. 10.*  
 numerum simplicium adscribuntur.  
 Heic ergo iam feruet, vel Galeni cōtra-  
 dictio, vel maior quām decebat Philo-  
 sophum, verborum abusio. At facile pa- *Solutio.*  
 tescetrei veritas, & omnis species appa-  
 rentis controuersiæ delebitur, si varias partis significationes, quæ heic vitio la-  
 borant, distinctè explicauerimus. Aliæ *Partes aliæ*  
 enim sunt partes, quæ toti alicui com- *actu, aliæ*  
 posito potentia inhærēt, aliæ quæ actu. *potentia.*  
 Ita in mixtis elementa quatuor poten-  
 tia insunt, & ab Aristotele Elementum *3. de cœ-*  
*I 3 defi- lo 3 r.*